



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio Octava. Monasterium ex quibus probetur exemptum ab
Ordinario, & an exemptio realis transeat ad omnes Monasterii
successores. Reverend. P. D. Carillo. Rossanen. exemptionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO OCTAVA.

Monasterium ex quibus probetur exemptum ab Ordinario, & an exemptio realis transeat ad omnes Monasterii successores.

Reverend. P. D. CARILLO.

Rossanen. exemptionis.

Veneris 20. Aprilis 1640.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa si sibi soli Ecclesiam reservavit, eandem exemptam dicitur ab Ordinario. numer. 2. & 3.
- 2 Ecclesia Papa nullo medio subiecta dicitur exempta.
- 3 Quamvis intra fines alicujus diocesis existat, & de jure Episcopi nulla fuerit facta mentio.
- 4 Observantia exemptionis probatur ex confirmationibus Pontificum, & solutionibus factis iuxta modum in privilegio prescriptum.
- 5 Monasterium dicitur exemptum, si Papa voluit illud excommunicari & interdici non posse, nisi per Sedem Apostolicam.
- 6 Exemptio inducitur ex privilegio quo Abbas & Monachi possunt Episcopalia recipere à quocunque Episcopo, & nu. 7.
- 7 Exemptio concessa Monasterio, capitulis, & tenimentis illius dicitur realis, & ad omnes Monasterii successores transit.
- 8 Recognitio favore Sedis Apostolicæ, quæ antea non erat, dicitur facta occasione exemptionis ab illa concessa.

Dubitaverim in hac causa sub die 27. Januarij præteriti ad instantiam D. Pauli quia pro parte Rever. D. Archiepiscopi Rossanen. principaliter impugnabatur legalitas privilegii Innocentii III. à quo d. exemptio originem ducit. Rota pro tunc censuit privilegium esse in forma probante, & cognitionem exemptionis ad aliam particularem disputationem reservavit, ut in decisione à me extensa, quæ juxta stylum tribunalis supposita, causam super reservatis hodie reproposui, & pro D. Abbate informantis fuit responsum, id est constare de exemptione.

Quia

Quia ex lectura d. privilegii, de quo in *summ. num. 1.* apparet, quod Papa d. Monasterium tunc Abbatiale Ecclesie S. Matie de Patro cum capellis omnibus & tenementis suis in jus ac proprietatem B. Petri, ejusque protectionem & Sedis Apostolicæ suscepit, ac nulli præterquam sanctæ Romanæ Ecclesie illud voluit esse subiectum, reservato tantum onere solvendi Ecclesie Rossanen. annuum centum trium teretorum, & unius cannatæ mellis, ex quibus satis aperte constat dictam Ecclesiam cum suis capellis & tenementis esse exemptam à jurisdictione Archiepiscopi Rossanen. & aliorum Episcoporum, ut deciditur in *cap. si Papa S. si apertem* de privileg. in 6. & in *cap. ex parte il. primo.* & ibi *glos. in ver. specialiter eod. in. & facti cap. cum venisset. 2. S. nos igitur. de in integ. restit. & notant Butrus in c. ex parte il. 2. de privileg. 3. litt. E. cone. 352. n. 11. Erasim. a Chokier de jurisd. Ordin. in exempti. par. 1. q. 9. n. 1. vers. in primis Barbosa de officio. & potest. Episc. par. 3. illeg. 123. n. 15. Dec. cons. 152. n. 2. Seraphin. de off. 1025. nu. 2. ponderata signanter reiteratione solutionis annui centus trium teretorum & cannatæ mellis, quæ facit, ut in reliquis non reservatis censetur probata exemptio. *Joan. And. in cap. cum venerabilis. de censib. Bald. in l. fin. num. 4. c. de bon. liber. Felin. in cap. cum inter. n. 3. & 4. de sent. & re judic. & facit text. in l. nam quod ad h. quidam §. ultim. vers. si cui ff. de pen. leg. Seraphin. decif. 1025. num. 20. Rota decif. 385. n. 1. par. 3. recent.**

Quod confirmari etiam dictum fuit ex eo, quod Papa in eodem privilegio ult. concessione usus annuli, mitræ, & baculi, prohibuit quoque ut nullus sententiam interdicti vel excommunicatio nis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, capellas seu Clericos promulgare audeat, nisi Romanus Pontifex vel Legatus ab ejus latere missus, subdens postea, quod d. Monasterium ad iudicium S. Petri ac Sedis Apostolicæ, unquam auri singulis annis Ecclesie Romanæ persolveret, quæ verba clarè indicant d. Monasterium cum ejus capellis & tenementis, licet existeret intra fines Diocesis Rossanen. esse exemptum ab ejusdem Archiepiscopi Rossanen. jurisdictione, prout pariter notatur in *d. cap. si Papa de privileg. in 6. ubique DD. communiter servantes Abb. in d. cap. recepimus circa fin. & ibi Socin. num. 36. Sanchez in cons. moral. lib. 6. cap. 8. dub. 1. num. 4. etiam de jure Episcopi nulla fuerit facta mentio, ut advertit *glos. quam Abb. post alios sequitur in cap. cum olim il. 1. de privileg. Dec. in d. cons. 152. num. 2. vers. & præsupponendum est. Seraphin. d. decif. 1025. num. 8. & 9. aliis enim potuisset Archiepiscopus, & alii Episcopi excommunicare, suspendere ac interdicere, ut disponitur in *cap. cum capella & in cap. quanto de privileg. Joan. And. in tract. de interd. num. 23.***

Præterea fuit consideratum, quod in d. privilegio fuit etiam indultum, ut Archimandrita & ejus Fratres, chrisma & oleum sanctum, altarium seu Basilicæ

D 3



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Basilicarum consecrationes, Monachorum seu Clericorum ordinationes & Ecclesiastica Sacramenta a quocunque maluerint Episcopo, recipere possunt, in 6
 resultat totalis exemptio ab omni jurisdictione Ordinarii ex noi. per glos. in cap. ubi
 verb. permittens. de panit. & remis. Joan. And. in reg. scient. num. 25. de reg. jur. in 6. in
 d. cons. 152. num. 1. vers. quarto fut. Seraphin. d. dec. 1025. num. 6. & 8. etiam quoad
 7
 de clerice. peregrin.

Quibus accedunt confirmationes Apostolicae factae ab aliis Pontificibus
 8
 cessoribus, videlicet Martino V. Alexandro VI. Honorio III. & praecipue Jo-
 ne XXII. dicto, in qua asseritur d. Monasterium ad Ecclesiam Romanam nulli
 medio pertinere, quae verba: *nullo medio immediatam subjectionem ac exemptio-
 nem a quocunque alio important. cap. cum olim. §. nos vero de privileg. & in d. cap. si
 Papa §. si autem vers. vel ad Romanam. eod. tit. in 6. dec. d. cons. 152. num. 2. in princip. & in
 puncto Seraph. d. dec. 1025. num. 14. & 15. & ex dd. confirmationibus Pontificis & Jo-
 9
 sertiua Joannis XXII. ac ex solutionibus annuae praestationis factis tam Sedi Aposto-
 licae, quam Ecclesiae Rossanenae juxta modum in d. privilegio scriptum, proba-
 tur etiam praedictae exemptionis observantia, ut ponderavit Rotam in d. dec. 1025.
 apud Seraphin. num. 10. 11. & 12.*

Nec dixerunt Domini obstare posse, quod d. exemptio fuerit concessa Mo-
 10
 nasterio tunc temporis regulari, & ideo suffragari non possit. modo Abbati con-
 mendatario seculari, quia dum concessio facta fuit Monasterio, capellis & ejus
 reuinentis, ut clare legitur in d. privilegio Innocentii III. exemptio dicitur realis,
 quae propterea transit ad omnes successores in d. Monasterio ad text. in l. a. latam §. in
 fin. ff. de censib. Barrol. in l. 1. num. 2. ff. de constit. princ. Mewoch. cons. 235. num. 10. Gem-
 in cap. per exemptionem num. 20. Franc. n. a. de privil. in 6. Cald. cons. 14. de censib. Sim-
 11
 1005. §. 23. num. 23. Rota dec. 4. de privil. in antiq.

Prout minus aduersari visa fuit replicatio pro D. Archiepiscopo facta sub die
 alterius disputationis, quod scilicet solutio unciae auri fuerit facta Sedi Apostolicae
 11
 pro feudo in recognitionem directi domini: quia feudum non praesumitur, & ver-
 ba d. privilegii illud penitus excludunt ibi: *ad indicium autem, quod specialiter vos &
 Monasterium vestrum cum capellis & tenementis vestris in proprietate & protectione D.
 Petri & nostrae accepimus. &c.* Si igitur Summus Pontifex illud tunc sub protectio-
 ne recepit, ergo prius non aderat feudum, & consequenter onus impositum fuit
 pro protectione suscepta, ut patet ad sensum, & sic occasione exemptionis conce-
 12
 lta juxta disposita in d. cap. si Papa de privil. in 6. cum alijs supra allegatis.

Et ita decisum D. Abbate tantum informante, altera parte saepius citata & in-
 formare non curante &c.

Handwritten notes in the left margin, including the number 1005 and other illegible scribbles.

